Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 47

Quelle:
Copyright:

5. 155–157.

Nicol. Dinckelspühel Sermo de omnibus Sanctis.

Nicolai Dinckelspühel Sermo de omnibus Sanctis cum inscriptione: "De omnibus Sanctis M. N. Dinkl". Incipit: "Gaudete et exultate omnes Sancti &c: Dilecti in Christo. hodie ut nostis". Hic Kropffium latuisse videtur.

6. Fol. 158–162.

Christiani, vel Joann: vel Nicol. Gräz Sermo de voto.

Christiani, vel Joannis, vel Nicolai Gräz Sermo de voto. Rubrica est: "Sermo de voto Gretz"; initium: "Beata virgo ut dicit S. Thomas 4to Sententiarum vovit virginitatem tanquam optimam et acceptissimam". Pluses fuisse nomine Gräz, et quidem Lynchonos, qui saeculo 15. floruere in Academia Viennensi dicit Joec: I Script: Univ: Viennensis pag: 111. & 128. Quis eorum author sermonis nostri sit, ignoro.

7. Fol. 163–204.

Joanis Geys Sermones de Corpore Xti.

Joannis Geys Sermones; primus sert rubricam: "Sermones de corpore Xti doctoris M: Joh. Geys". Agit de communione sub utraque specie, et incipit: "Nisi manducaveritis &c: Scribitur Joh. 6to capitulo et est sensus". Secundus rubricatur: "Alius Sermo magistri Johis Geys", enumerat fructus frequentioris communionis, et incipit: "Qui manducat hunc panem &c: In his verbis Johannes evangelista". Tertius epigraphen habet: "Sermo de potacione vini cui intingitur aut immergitur lignum Sanctecruciis factus Wienn ad S. Stephanum in cimiterio". Ad illustrandam rei gestae historiam, quae huic Sermoni occasionem praebuit, necesse est, ut ipsum audiamus oratorem, qui in hunc